

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Magis sint addicti laboribus, dum laborandum est, quàm orationibus, si
excludant labores. Cap. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

10. *huius ad pop.* manualis es, (alloquitur seculares) sedens psalle: si non rū ore psallere, hoc facias mente. Quād ergo magis id Religiosis faciendum? Mītentur boni fratres Matrem S. Gregorij Nazianzeni, qui or. in funere Patris de ea sic ait: *Ita domum suis adiunxit curia & cogitationibus, tanquam pia esse ignorarija autem Deo & rebus operam intenda Diuinis, vi luet plurimū à curā abesse domestica* (scilicet iis temporibus, quibus oratione vacabat.) *neutrū tamen offendetur propter alterum*, sed pariter ambo perseruerentur. Adiungendi sunt ergo laboribus externis mannum, vel pedum, pī deuotionis affectus, & veluti aureo annulo laborum, pretiosum lapidem deuotionis inserant, vt labores eorum sint magis Diuinæ Maiestati accepti. Nā, ut monet S. Bernardus, *Serius animus & prudens, ad omnem se comparat labore, nec in eo dissoluitur, sed per eum magis in seipsum colligitur, qui semper praeceps habens, non tam quod agit, quam quod agendo intendit, omnis consummationis attendit finem.* Dixi, etiam labori pedum adiungendum esse pium aliquem deuotionis affectum, falem illum suprā commemoratum, vt singulos passus, quantum fieri potest Deo offerant, dicendo mente:

14. *Propter Te: Nam & tales labores pedum, sunt quædam oratio Deo acceptissima; Ostendit hoc Deus olim eidam Eremitæ, & nostro fratri Coadiutori Alfonso Rodriquez. Eremitæ quidem seni qui longè habebat aquam à cellula sua per duodecim milia: ubi dum semel iret haurire aqua, defect, & dixit: Quid necesse est, vt hunc laborem patiarerent & habito circa aquam hanc. Et cum hoc dixisset, conuersus vidit quandam sequentem se, & numerantem vestigia sua. Interrogavit autem eum dicens: *Quis es tu?* ille dixit: Angelus Domini sum, & missum numerare vestigia tua, & dare tibi mercenari. Quod cum audisset senex, forti animo factus proptitor, adhuc longius posuit cellam suam ab aqua illâ: ut plures sibi coronas in celo pararet, per plures passus, quos fecit postea, cellâ ad locum remotorem translata. Si ergo passus hi, ob proprij corporis commodum & refrigerium, ab Eremita (& quidem, vt historia habet, non usque quaque libenter) facti, digni fuerunt qui in librum Dei manu Angelicâ referrentur, quād magis digni sunt ij, qui à Laicos fratribus sunt, in commodum fratum, vel infirmorum, aliorumque, sicut dum sacerdotes cōfessionis cauā, vel alterius negotiū, exercentes comitantur, aut pedibus itinera longiuscula conficiunt, præser- 15. tim diffīili tempore, ob æstum solis nimium, vel frigus acre, aut pluvias frequentes, & viam laruentiam aut montanam: Quocirca cum no-*

ster Alfonsus Rodriquez semel comitatus fuisset quandam nostrum Patrem ad longiusculum spatiū & ascensu difficile, Beatisima Virgo Maria in medio itinere ei apparuit, & frontem eius sudantem candidissimo linteo absterit, vt scribitur in eius vita.

Non timeant ergo Fratres distractiones mē-

Lancij Opus. Tom. 2.

tis, dum laborant domi; immō dum foras prōdeunt ad forum, comparanda alicuius rei gratiā, vel vt comitentur alios ob pia negotia. Nam, vt benē dicebat noster P. Balthasar Aluarez, *Iij Vit. c. 2.* qui ex obedientia Domini exēunt ad agēdum cum pro- P. 82.

ximis, nec fidem domi relinquunt experuntur gratas, iucundisq; lucis ac devotionis alimento, quam si se domi consenserent. Id enim significat Psalmista cùm di-

cit: Qui descendunt mare in nauibus facientes operatio-

nes in aquis multis: ipsi riderunt opera Domini; & mi-

rabilia eius in profundo. Inter modos autem orandi tempore laborum, pulcher valde est ille, quē

etiam adhibebat Iohannes Ximenez suprā lau-

datus, noster Coadiutor, vt scribitur in vita P.

Balthasaris Aluarez. Nam ex prādio ad Collegium c. 45. ps

rediens, & aliquid portans, prater exercitium oratio-

nis, se ipsum interrogabat, sibi q; respondebat. Exempli

causa: Quo vadis Ximenez ad Collegium vt paululum

ibi quiescam. Quod si statim atque peruenieris iubereris

hanc, aut illum laborem subire: respondebat. Non iube-

bunt, quia sam valde desigatus. Quod si nihilominus

id facere iubereris: dicebat: ibenter faciam. Idq; statim

confirmans, dicebat: Viam Deus meus, id iubeant. Nec

rarō, Deo ita volente, vt eius desiderio satisferet, evenit,

vt statim atque satiatus ex campo redibat, id ipsum ei

faciendum imponeretur, de quo ipse in itinere ratioci-

nabatur: & tunc id faciebat: promptissimè ac diligen-

tissimè: & nominatum si sim ex stabulo auferre, aut

communia loca purgare, aut huiusmodi officia vilia:

prefare iuberetur, ad que vt se magis mortificares

potius quam ad alia propendebat.

Et infra p. 539. de eo scribitur: *Ad particulares actiones & occupationes, particulares etiam considera-*

tiones adhibebat. Quando ascendit, inquit, sequor Bea-

titissimā Virginem & S. Iosephum euntis in Aegyptum,

quibus me offero, vt operā meā in re aliqua veantur;

quando autem descendit, redeo cum eisdem in Nazare-

th. Et hac ratione, piam semper aliquam consideratio-

nem inueniebat suis occupationibus accommodatam. Et

adē mente elevarerat, dum aliquid ad Collegium ex

prādio veheret, vt non satis attenderet, quomodo tur-

rum dirigeret, ac propterea semel rota transiit super

quandam puerulā, nullum tamen ei insulti detrimen-

tum. Nam cūm hoc vidisset Ximenus, Domino Deo il-

lam commendauit, dicendo tantum: Iesu se adiunet, vt

scribitur pag. 540. c. 45. Ita Deus orationes labo-

ribus adiunctas remuneratus est.

CAPVT TERTIVM.

Magis sunt addicti laboribus, dum laboran-

dum est, quam orationibus, si excludant

labores.

Magis sunt dediti & addicti laboribus cor- 16.

poris, quam orationibus; & tēpote labori-

bus destinato, vel aliis externis occupationibus,

nō vident orationi soli, omisis laboribus. Causa

huius rei est, Dei voluntas, qui cūm illos vocat

ad vitam æctuam, non ad contemplatiū, vt

habetur in eorū Reg. 2. in laboribus magis ver-

sari debent, qui sunt proprii vitæ actiuitatibus, quām
in orationibus, quād ad vitam contemplatiuam
spectant. Quia de re extat bona doctrina P. Bal-

thazaris Aluar. qui aiebat: *Orationi recollecta trāde
te, prout tempus suppetet. Si multum suppetet, multum
in ea expende; si exiguum, hoc ipsum tribue illi. libet;*
præstat enim obseruātā Dei lege, diuidere cum ipso quod
ille dederit, quām furari (tempus destinatū pro la-
borando) ut possum multum offerre (orationis). Scrip-
tum est enim Is. 65. 8. quod ipse Deus odio habeat rapi-
nam in holocausto; ac proinde etiam odio habebit, si tē-
pus obediens subtrahas, etiam ad orandum & sacrifican-
dū. Et multū magis cum ipsum orare, si esse cū Deo:
quod si aliquo tempore, ille operā tuā vult in alius rebu-
rit; ipsum hoc tempore defraudes; iam non erit ipse tecū.
& si ille tecum non sit, quoniam tua solitudo poterit esse

oratio: Præfertim quia labores ipsi eorum, ob Dei
reuerentiam & amorem suscepisti, hoc ipso sunt
quēdam practica oratio, etiā si alius deuotionibus
non condirentur, propter hanc omnī excellen-
tissimam intentionem, quę facit, vt labores eorū
eleuentur ad perfectionem vitę contemplatiuę.
Oblatio enim hęc istius intentionis, est actus vi-
tae contemplatiuę, maioris perfectionis quām
sit oratio, cum sit actus charitatis, quę est perfe-
ctior virtute Religionis, cuius actus est oratio.
Notent horū benē, quia est res magni solatiij.

Wading. Meritū ergo B. Aegidius Laicus, S. Franc. socius
10. 2. An-
delectissimus, cūdā Fratris, cūm ei conquisitus fu-
set, iussum fē à Guardiano: iri mendicatum panem, cum
10. 2. An-
nal. Mi-
nor. A.
12. 62. n. 7. tamen ipsi videretur longē prestabilitus vacare precibus,
quām petendū eleītōnū respondit: Necum didicisti,
quid sit orari Deū. Vera enim oratio est, si subdiu pa-
reat voluntati Superioris sui. Est autem non obscurum
superbia argumentum, si quis nolis caput suum subdere
obedientiā iugo, sed illud potius ei subduere conatur, vt
alii gradiatūr viā, qua ei perfectior videatur. Et tamen
videmus, dū bos ingun patitur imponi collo suo, horrea
frumento compleri. Ceteri si quis eā foret animi deno-
tatione, & tam excellenti gratiā, vt cum Angelis loquere-
tur, si tamen acciretur a Superiori suo illico omisso. An-
gelorū colloquio, facit quod subere volet Praelatus suis.

Ibi. n. 27. Alia vīce, cum quidam frater conquereretur, quod ad-
eo compellatur externis vacare laboribus, vt vix posset
persoluerē preces suas; dicebatq; se propterea velle perte-
re eremitorium, vt posset illi cō Domino in pace & tran-
quillitate seruire. Respondit ei Aegidius: Si eas ad Fran-
corum Regem, dicās q; ei, vt numeret tibi mille libras
argenti, pūdīne iure illum dictūrum tibi, te quibusdam
agitari furis talia ipso potenter, cūm nullam ei naua-
teris operam? Si verò magnos quosdam & arduos eius
causa exantlaueris labores, qui tali sint premio digni, si
deliter tam & meritū tantam pecunia vim posset ab eo
exigere. Si vīs igitur in precibus tuis audiri à Deo, pri-
mā illius causa laborandum tibi erit. Longè autem
plus meriti habet vnam opus bonum pro alterius factū
voluntate, quām du propria. Si quis tibi restitueret
manū, oculos aut alia quibus orbatus esset membra, cu-
pidē sāne illi totā vitā inferiremus, ne eius beneficiis in-
gratus habereris. Et ecce prepotens Deus dedit nobis ma-

nus pedes, oculos, cuncta & spiritualia & temporalia
bona, nec tamen illi inferire volumus. Sic etiam S. 386.
Isidorus Pelniota S. Chrysost. discipulus, Abbas Cl. Ale-
multorum Monachorum: *Oratio, inquit, non nū. I. Rōm.
dis verbis, sed probis potius actionibus dirigatur. Vide B. B. hi
enīm quād modum duciſſimus vir Daud. secundūm Iul. mag.
innocentiam suam, iudicium de ferri postula: & pī. Pl. 4. c. 6.
tatis plenissimus Ezechias, pietatem suā ac religionem. I. &
Deo supplicem offerat: & vidua loppenses muteris de- ep. 11. 1. 1.
fundē. virtutes ac præclaras actiones ad deprecandum Proba
adhibeant. Si ad tundem modum preicationem tuam Hila. 1a.
expl. (hoc est, vitam bonam, iuxta conditionē Tho. 1.
tuam) ad Deum rectā contendet, ac iustitiam tuā tan- 1. 1. 1. Et
quam lucem educet, & iudicium tuum tanquam meri- 1. 2. q.
diem. Deinde si adiungant pios affectus deo- Op. 14. 2.
tionis, laboribus dum iis vacant, adhuc ob illos Iust. 1a.
affectus, labores eorum sunt quēdam practica vit. deo-
oratio, quippe per orationem animantur quo- cap. 6.
dammodo, sicut corpus nostrum animatur ab Col. 5. 2.
anima. Et hanc ob causam sancti Patres aīunt il- 1. 1. 1. Et
los semper orare, qui semper bene operantur, & satifa- 6. Et Col.
cere Christi Domini monito cūm dixit: Oportet 1. 2. 1. 7.
semper orare, & non desicere. Luc. 18. 1. Cum ergo 18.
labores Laicorum fratrū, suscepisti, & continuari, Beda. 1.
propter Deum, seu, vt deictor in prima eorum 1. 2. in
Reg. Ob Dei amorem reuerentiamq; elaborat, sīnt o. 9. Mala.
pū bonum, immō supernaturale ob intentionē
supernaturālē, & si habeant adiunctos pios de-
votionis affectus, iuxta Cap. Secundūm sīnt val-
dē opus bonum, illi, qui semper hoc modo suis
se impendit laboribus, semper orabunt & que-
dem perfectiūs, quām si in templo vel angulo
aliquo recitarent aliquas preces vel Rosarium,
quia præter illos deuotionis affectus, qui sunt
ipsissima oratio, adiungunt laborem manū
tanquam ab illis distinctum, purā intentione ob
Dei amorē & reuerentiam suscepisti, qui labor,
est actus nobilissimus & valde meritorius, etiā
non haberet adiunctā aliam orationem & fre-
quentationem piorum affectū. Contenti ergo
esse debent, dū propter labores sibi a sanctā obe-
diētiā iniunctos, non poterunt diutius orare vi-
vētent, post redditum statutę orationis penitū:
sibi patēt dictū à Deo, id quod P. Balthasar Vit. 1. 2. 16.
Aluar. dictum est. Comi enim apud Deum con- 1. 2. 16.
queretur de defectu temporis ad orandū, extra
tempus transactā meditationis matutinæ, factū
est verbum Domini ad eum: Cōquiesce, & sicut tibi
esse exīstima, quōd vīar operā tuā, etiā non sī meū in
oratione. Ex quo ipse quietus tunc māsi & bilari. Sed
etiā non orabunt prolixē extra matutinę oratio-
nis tempus, benē possunt (vti multi in nostra So-
cietate faciunt) extra laborum inutilium tem-
pora, feruenter orare & cogitare de Deo, dum ē
cubiculo exēunt, dum ad illud redeunt, dum ali-
quem extra Domicilium comitantur, dū Socios,
quem comitantur, sua negotia expedit. Sic P.
Balth. Aluar. Cum esset Nouatus & studiis, Patrēs
aliquem comitaretur, toto illo tempore, & quādīm Pater
negotia sua peragebat, semper ipse orationi attingebat.*

Et similiter, cum faciebat iter, semper orabat: ac propter ea dicere solitus erat, esse bonum, quod quis alium comiteatur, aut iter faciat, quia tamdiu licet semper orare. Ita c. 3. eius vita scribitur p. 24.

Sic ille Monachus Cisterciensis cum in nocte Assumptionis B.V.M. extra Monasterium oves custodire iussus, qui libertissime in Monasterio Diuinis lantibus, vna cum aliis eiusdem Monasterij Religiosis, interfuerit, auditio ad Matutinum signo, versus illam partem in qua Monasterium erat, omni affectu Salutationem Angelicam (neq; enim alias Virginis preces norat) epulis in agro repeatabat per totam noctem & diluculi partem, sine tædio. De quo S. Bern. Deo reuelante edocet, mane illud in fer. ad Fratres dixit: *Sicut vos vobis nunc ex Fratribus, quem obedientia hac nocte sub dio in sylvis sancta festinatis gaudia celebrare coegerit, tam deuotum, tam festinatum Domina nostra matutinari evoluisse seruitum, ut nullus quantumcumque suspensa contemplatio, seu incensa deuotio, ipsius deuotioni, quam non alta contemplationis sublimitas, sed submissa sancta simplicitatis humilitas efficit, preferri potuerit.*

Ad cuius rei confirmationem, valet praæclarum exemplum, relatum in Vitis Patrum: *Cum quidam fratres Euchitæ erant, id est, orantes, qui docebant soli orationi semper esse vacandum, ad Abbatum Luciam in Ennate aduenissent, requisiuit eos senex, dicens: Quid soletis manibus vestris operari? at illi dixerunt: Nos nihil manibus nostris operamur, sed secundum quod dicit apostolus, sine cessatione oramus. Quibus senex dixit: Non manducaturat illi professi sunt: Etiam, Dicit q. eis, quando ergo comeditis, quis orat pro vobis? At illi conticuerunt. Et iterum requisiuit eos, dicens: Nungad dormitis cumq. illi se dormire dixissent, dicit eis: Quando ergo dormitis, quis orat pro vobis? Et non inuenierunt quid responderent ei. Tunc dixit eis: Indulgete ergo mihi, quoniam non faciūs sicut dicitis: Ego autem dicam vobis, quemadmodum manibus meis operans, sine cessatione oro. Sedeo enim de mane vsque ad horam constitutam, & panca palmarum folia infando, & facio exinde funiculos, & interim oro, dicens: Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum de iniquitatē meā. Cumq. completero opera manuum meas, & fecero aliqua via, aut paucos funiculos, & emero ex eis numeros decem, ex ipsis numeros, duos, do pauperibus, & reliquos condeo. Quando ergo comedo aut dormio, tunc illi orant pro me: atque ita per gratiam Dei, impletur à me quod scriptum est, sine intermissione orate. Sed & sine aliorum orationibus fuis pro Fratribus, ex Dei amore laborantibus strenue, ipsa eorum vita consumpta laudabiliter in labore manuum, est oratio. Quia, ut ait S. Augustinus, *Bene vivendo laudatur Deus.**

Sicut ergo duo illi numimi dati à Lucio Abate pauperibus, orabant quodammodo pro eo (quia ut supra dictum est, quodlibet opus bonū, est quædam præctica oratio, præstertim Eleemosyna, quæ in Scriptura dicitur intercedere pro dante Eleemosynam) ita ipsi labores fratri Lai-

Lancij Opus. Tom. 2.

corum, ex Dei amore, & reuerentia pro Sacerdotibus & Clericis piè suscepiti, & cōtinuati, sunt multo melior oratio, quam erogatio dñorū nūmorum pauperibus facta: tū quia ijs pro quibus laborat sunt magis grati Deo (quippe serui Dei, votis Deo aucti, & Sacerdotio insigniti, ac viæ Religiosa lanceti exercitii commendati:) tum quia labores continui corum, maiore pretio, &c, ut ita dicam, stipendio, sunt digni, quam sint duo nummi: tum quia opera bona Sacerdotū & Clericorum pro auxilio animarū facta, à laboribus Laicorum Fratrum adiuta, sunt clamora apud Deum oratio, que pro Fratribus Laicis, etiā dum comedunt, & dormiunt, orat, & quasi clamat ad Deū, ac impetrat multa dona illis, quibus Deus remuneratur seruitia eorum, ob sui amorem alacriter exhibita. Non vacent ergo orationes quādō laborandū est, subter fugiendo labores. Pro quā

*re extat præclarum exemplum to. 1. Annalium Pag. 697.
PP. Capucinorum, de quodā Fratre, Qui in Pro-*

num 15. 698.

uincia Umbria, Religiosi hominis perfectionem in multarum coronarum ac Psalm. recitatione collocans, ita à communibus Dominus laboribus, & obsequiis vacabat; vt etiam reliquos honestè laborantes, velut rebus inutilibus occupatos argueret, illis Domini verbis male vīt: Martha Maribas, sollicita es, & turbaris erga plurima, porrū vnum est necessarium, Maria optimam partem elegit: atq. ita siebat, vt dum Fratres consueto labore, in horto terram foderent, is pallio annectus, per horti vias, coronas obmurmurans, deambularet; dum alij copiā domū verarent, is per claustra grauis, quasi quis diuinioribus rebus occuparet, incederet, hic dum otio vacat, in graue morbum incidit, à quo in extreum tandem vite discrimen rapitur: quo tempore dū illi à Fratribus funera parantur, repente in spiritu ad Dei iudicium se rapi cōspicit. Seder Iudex, illiusq. opera ad examen vocat. Mox Psalmi & corona in mediu prodeunt: quas Iudex confessim iis partim, qui pro eo panem emendauerat, alii quog. qui illi cibos parauerant, alii preterea, qui in esfodienda tellure infudauerat, alii item qui scopū mundauerant, dispersi tamen iubet: deniq. omnibus illius bonis inter eos qui communibus Domus obsequiis vacauerant, à Domino diuisit, cum nihil bonorū illi prorsus supereret, quo se inter Dei operarios collocaret, atq. à Iudicio sentientia tueretur, summo in discrimine versabatur, ne cōmanem à Iudice cum otiosis ac pigris sententiā sustineret. At immensæ Dei bonitas iudicium prorogat ille igitur proprio periculo sapientior, cū à morbo conualueret, cū studiōse omnibus donis obsequiis se mancipare capiat, vt quia omnium erant, solus ipse perfidere contendere. Hinc

21.

In Religione recordes addiscit Communia Religiosa domus ministeria, quæ cuicunque incumbunt, inter necessaria vita opera commumerari, meritoq. inter otiosos, à Deo computari, qui iis contemptis, ad priuata se spiritus exercitia, prater obedientiam conferunt.

22.

Hoc ipsum Deus ipse docere dignatus est. Nā 1. 3. c. 74. cū S. Gertrudis oraret pro quadam personā illiterata, quæ grauabatur pro eo, quod sibi videtur habe- pag. 396. re impedimentum ab oratione, ex diuersis curis officij si- piet. bi commissi, tale à Domino accepit responsum: Ego non

elegi eum ad hoc te canitum vnam horam diei (vel pluribus) mihi seruiat, sed magis ad hoc, ut tota die sine intermissione mihi agat, id est, ut omnia opera sua continet, ad laudem mihi perficiat, ea intentione, quia vellet orare. Et insuper hanc superadductam devotionem, vel felicitatem in omnibus operibus, quibus in officio suo laboret, semper desideret, quod omnes qui vivunt laboribus suis, non solum resistentur in corpore, sed etiam attrahantur in spiritu ad amorem meum, & conformentur in omni bono. Et hoc quatenus facit, scilicet quasi singula fercula operum & laborum suorum quadam saporissimam saltem mihi condire videtur.

Quid ergo desiderare potest magis is, qui se
hoc modo pie Religionis laboribus impedit?
Laboret ergo strenue, quia si laborando practi-
ce orabit, et magna merita cumulabit, Deu-
tumq[ue] iugno gustu & folatio implebit. Quod si ali-
quando peculiares suas deuotiūculas ob impe-
dimenta laborum perficere non poterit, ob eas
perficiendas non subtrahat se a communibus
aliorum occupationibus, etiam si sint circa refe-
riuntur eis contraria. Quocirca cùm Geno-

cionem corporis. Quocirca cum Clem. Capo-
nius Ord. S. Dominici (quoniam eadem histo-
ria scribitur de Thoma Capono nobili Florent.
Ordinis Minorum) vita sanctitate & nobilitate
clausus, Fratris laici munia obiens, aliquando in ita-
plus solido occupatus, cum ante horam prandii pensum
Orationis absoluere nequituisse, ipse ceteris prandienti-
bus, coram Imagine Beatissime Virginis Marie, oratio-
nibus absoluendis incumbebat, ab eadem Imagine voco-
dela p[ro]p[ter] amittitur, quia monitus est, ut in Refectorio ire
ceteris Fratribus se conformaret, pergratam sibi for-
milius bonam voluntatem, quando in officiis caritatis, pra-
ferrunt insu[m] maiorum, occupatus pensum devotionum im-
plere non potuisset, satis ei esse temporis a prandio ad il-
lad complendum. Sed quamus nos habuissit te-
pus pomeridianum, ad complendas illas devo-
tiones, labores tamen prius recte intentione
suscepti, fuissem instar devotionum: non enim
labores in Religione sunt sicut opificium in se-
cunda parte. Et si dicitur, quod hoc non posse
accidere, quia non poterat, etiam si poterat
non poterat, etiam si non poterat, non posse
accidere, non potest, etiam si non potest, non
poterat.

culo. Eorum, inquit S. Bern., quos videmus (seculares) corporalibus officiis, est non flagitiis implicatos pro sua suorumq; praesenti sustentatione, laborantes, labor est si non ad damnationem, minime tamen pertinet ad salutem &c. nobis autem quid dicitur? Operamus non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam eternam. Non cessamus ab operando hoc cibo. etiam cum terrenis sorti occupamur operibus, aut obedientia dictante, aut fraterna caritatem intus: quoniam dissimilis est nobis intentio ab his quorum laborem periturae esse prediximus. Dissimili proinde radice inharenus labor simili, non similius habet perire, quoniam radicatus est in ea, que nunquam perit, eternitate.

Quocire merito S Xauerius suis id valde commendabat: *Oro vos atq; obtesor per Christum Iesum Dominum nostrum, ut in abiectis aquae humilitibus officiis demonem egregie superare non tamini. Et infra: Deus humilis erigit & roboret eos præfertim, qui in rerum humiliis aquae abiectiarum trahitatione tanquam in speculo infirmitatem intuerentur suam, scđ ipsos in eisdē*

egregie vinctum. Nam, ut benè dixit magnus ille *ca. iug.*
Acacius apud Theodoretū in religiosa hist. *ca. iug.*
proprium, amantium, illa facere, quæ cum sumuntur qui
amantur grata sunt. Et aliquo non peruum est peri-
culum multorumq; & magnum illorum sadorum de-
trimentum, si pati potueris negligere, tacitus praterne-
re, non erubet, taliā, memores Christi dicī: Qui me
erubuerit, hunc Filius hominū erubescet. Immō S. Basilius Regis
fil. illustri loco natos, si Religiosi fūt, sic probari fū-
vult: An sit paratus libenter ad omne humilitatis genus
descendere, missā omnī verecundia ita videlicet, ut for-
didissima etiā quāq; artificia suscipere non recusat. Ma-
xime autem ei qui à splendido aliquo vite genere ad
imitandū modestissimum humilitatis Domini nostri
Iesu Christi exemplum festinans, munera quædā pre-
scribi debent, de numero eorum, que illi sordida effūtiā,
qui in ciuitate vita versantur. Observandumq; num in iū-
cū omni animi alacritate non erubescēt & incōfusi-
bilē se Deo operari exhibeat. Quip̄ propter si nobis &
illustri loco natos talibus occupari voluit S. Basilius
in statu, quē amplexi sunt, Religiosi, quādā magis
id faciendū est iis, qui in seculo talibus officiis
erant dediti sine vlo rubore, ob lucta téporalia,

Huc Deus ipse quandoque imperat officio. L. 1. V.
rum vilium exercitum viris perfectis. Cum enim PP. libel
quidam senex solitarius in eremo cogitasset se perfec*tus* 13. 10.
esse, rogauit Deum, ut ei ostenderet, quid perfectione*s* eius
deser*tus*, cupiens illud facere. Deus ergo ei dixit: Vade ad
illum Archimandritam, & quicquid dixerit facio. Re-
lauit autem Deus Archimandritam illi antequam ille ad
ipsum veniret, dicens: Dic ei ut tollat flagellū, & vadat
& pascat ibi porcos. Veniens ergo senex, pulsauit ostium
& ingressus ad Archimandritam, salutauit eum & di-
xit: Die mibi quid faciam ut sim saluus. Et ille ei dixit:
Ecce tolle flagellum, & vade pasc porcos hos. Abiit. Hi
autem qui eum noverant & audierant de eo, cum vi-
dissent porcos pascentem, dicebant: Vidistu illum mag-
num solitarium, de quo mira audiebamus. Ecce stupit
cor eius, & a demonio vexatur, & pascit porcos. Vides
autem Dominus Iesu humilitatem eius, quia ita pa-
tienter sustinebat opprobria hominum, praecepit ei ne-
rum redire ad locum suum. Quapropter S. Iude. P. 1. 1. q. 4.
Iulisti improbabuit in Paulo cenobiarcha, quod
aleret in suo Monasterio Frates laborare no-
tes, alioquin bonos; Ingentem, ut ad me allatum est,
Fratrum multitudinem collegisti, qui recte quidem ac
clarè vivere soleant, verum inerter ac desideri manus ha-
beat. Hoc autem nec à Christo factum, nec à Paulo sa-
pienti doctore obseruatu*r* reperiisti. Nam illi, & vinici, &
operari, ac labore, & mercedem ob eū pollicetur; Mat.
20. hic autem manibus operari, ut nullius auxilio opus
habeamus, docuit (i. Thef. 4). Quocirca si & Christo
Deo obtemperas, & sapientissimum Paulum imitaris,
eos laborare doce. Quando autem existimabunt fra-
tres Laici, laboribus difficultibus impediendos a I. 1. 2. 3.
debet oratione, non credant huic spiritui, sed pie
promisso Dei factō S. Gerrit: se solētur. Cum enim
oraret pro quadā que multūm grauabitur ex quadā la-
bore sibi iniuncto: hoc à Domino est edocere a se p̄sō: Si quis
propter me aggredi voluerit aliquem laborem grauē in
ano

qui tale timeri incurrit impedimentum, quo deuotio-
nis conquiritur detrimentum, & tamen postponit pro-
pria anima vilitatem, vt meam perficiat voluntatem,
huius hominis piam intentionem ego tanti reputo, quod
ipsam solam suscipio quasi pro opere perfecto, quamvis
forte nunquam ad hoc veniat: vt hoc opus saltem inci-
piat; quod tamen habet coram me talen fructum, ac si
omnem laborem perficeris, & nullam unquam negli-
genter interea contraxeris.

Hanc veritatem benè perspectā habens no-
ster P.Balthasar Aluar, quamvis initio sui in So-
ciatem ingressus perturbaretur, dum non ha-
baret tempus pro extraordinariā oratione, tamē
pollea agnitiā hac suā imperfectione, id non cu-
rabit, sed contentus ordinariā meditationis ho-
rà, occupabat se in rebus à sanctā obedientiā sibi
impositis, extraordinariū tēpus pro oratione
non querens. Vnde loquens cum Christo: Ex
mū Domine protestor meam animi quietem nolle in
eo ponere, vt plus temporis conqueram ad mea desideria
quam bona explenda; sed in mei ipsius iacturā propter
te, non in eo, vt plus mihi tribuas, quam habeam, nec in
sanitate aut commoditatē alia habendā; sed in eo quod
tibi placet. Placet autem Deo, vt qui venit ad Re-
ligionem, vt in ea laboret, & aliis seruat, huic
restitutus, & id non relinquat propter ora-
tionem spontaneam: quam poterit habere dum
nil habet quod in suo officio faciat, vt diebus
fests & aliis, vt supra dictum est num. 18.

Sed ut supra ostensum est, ipse labor purā in-
tentione susceptus, conferit deuotionem. Ideo
sanctus ille noster Coadiutor Iohann. Ximenius,
cum à P.Balthasar Aluar, suo Superiori fuisset
interrogatus in manifestatione conscientiæ:
Quomodo se cura Deo haberet? respondit: Antequā me
omnino Obedientia subiicerem ac tradicerem, semper erā
inquietus, nec benè mihi succedebat, at postquam id facere
deueratur, & re ipsa præsteti, adeò benè me habeo, vt
neficiū quid ultra desiderem. Quod si Obedientia ipso
tempore orationis, in aliquā alia re me occuparet, nihil
curare quod eam non facerem, modò ego obediē: adeo q̄
latus & pacatus currā sequar (quo solet res vehe-
read Collegiū ex predio) atq; si in ipsa in oratione
manerem: præcipue tum neq; sic oratio impeditatur. Nā
etiam currū lequens suos de Pasione rhythmos repe-
titac meditatalatur, sive q; Dominicas precatōes ea-
rumq; mysteria recolēbat. Habebat enim quodā rhythmos
de Christi Domini Pasione, quos recitāt, magnos
sentiebat internos animi motus, vt non posset sibi à la-
crys temperare, vt ibidem scribitur pag. 525.

CAPVT QVARTVM.

Labores sunt Seminarium virtutum.

Persuadeant sibi, labores manuum, cā inten-
tione, vt dictum est susceptos, & devotā ala-
critate continuatos, non tantum magna conci-
liare merita & præmia, sed etiam conferre vir-
tutes, & deuotionem magnam.

Primo, enim acquiritur & augetur per ma-
lencij Opus. Tom. 2.

nuales labores virtus Humilitatis, Quatuor sunt:
inquit S. Bern. que veram conferunt humilitatem:

in sen-
tentiis,
Spec. 2.
P.c. 6.

Vilitas operis, assiduitas subjectionis, Comparatio me-
lioris, iudicium Conditoris. En primo loco ponit vi-
litatem operis. Ideo merito S. Bonavent. monet;

Quoniam ad humilitatem humiliatio via est, non eru-
befcant Religiosi humilia, nec humiliatis officia facilē

respuant. Humilitatis autem officia sunt propria

Fratrum Laicorū. Quocirca S. Dorotheus, cūm ser. 1.

dixisset: Neminem fin humilitate, ullum bonum posse
attingere, vt aiebat Diuus Marcus Abbas, subdit: Hoc

cum cognovissent sancti viri, omni studio & diligentiā,

(notate modum laborandi eorum) in operationes

humiles, quibus se Deo coniungerent, intenderunt fa-

ctiā ex his plurimi amici Deo. Et idem alio in loco ser. 2.

ait: Quendam senem rogatum à fratre, quid esset Hu-
militas, respondisse: Magnum opus esse ac diuinum nef-
cio quid: vias verd humiliatis, labores corporeos esse,

qui cum scientiā sunt. Benè dixit, eos debere fieri

cum scientiā: quia non debent eo modo fieri,

quo sunt à secularibus Coccis, Pannificibus,

Sartoribus, Tutoribus, alijsque fabris, sed rectā

intentione, ex caritate & Dei reverentia, ex a-

more sincero erga alios domēticos, ex studio

imitandi Sanctos, satisfaciendi pro peccatis

propriis & alienis, cooperandi ad auxilia ani-

marum per alios præstari solitah; has enim inten-

tiones & modos, labores manuales exercendi,

parit scientia rerum spiritualium, qua docetur

potissimum in Noniriatu, & in aliis Patrū spiri-

tulū priuatis instructionibus. Nec tantum iste

fuit sensus illius Senioris, de laboribus humiliati-

tatem parentibus, & superbiā humiliati cō-

trariam atterentibus, sed omnium Sanctorum.

Hinc S.Ioannes Climacus dixit: Viam humiliati-

atis atque materiam, esse corporales labores, sancti &

sempre memorandi Patres, desinerunt. Et S. Augu-

stinus ait: Superbia tumorem, operis labore sanari. mon. c. 13. l. 2. Inst.

Quod & Spiritus S. indicat Psalm. 106. Humi-

liatum est in laboribus cor eorum. Ideo Cassianus

hunc morem habuisse omnia monasteria Æ-

gypti & Thebae ait, vt in iis etiam senex an-

nis onustus, operis & sudoris assuetudinem, ita subire

compelleretur, vt propriis manibus, iuxta Apostolicum

Præceptum, quotidianum vicitum, vel suis vībris, vel

aduenientium preparans, & fastus vita praterita

posuit & delicias obliuisci, & humiliatam cordis, con-

tritione laboris acquirere. Quod autem sit istud

præceptum Apostoli, dicit Cassianus alio in lo-

co, afferens illud esse ab Apostolo positum. cap. 7.

Theſſal. 4.11. Operemini manibus vestris, sicut præ-

cipimus vobis. Et 2. Theſſ. 3.10. Si quis non vult opera-

ri, non manducet.

Quomodo autem labores corporales in offi-
ciis humiliis suscepti, sint causa humiliatis in-
ternæ, potest à simili ostēdi ex doctrina Galeni,
in libro cui titulus est: Quod mores animi, corporis
temperamentū sequantur. Nam ex pluibus corpo-
ris humiliationibus, anima ipsa quodam modo
se accommodat, similibus exercitiis, præserit,

Li 3 quia